

*Distribuit discubentibus quantum volebant.*

✠ Léctio sancti Evangélii secúndum Ioánnem                    6, 1-15

In illo témpore:

<sup>1</sup> Abiit Iesus trans mare Galilææ,  
quod est Tiberiadis.

<sup>2</sup> Et sequebátur eum multitúdo magna,  
quia vidébant signa, quæ faciébat  
super his, qui infirmabántur.

<sup>3</sup> Súbiit autem in montem Iesus  
et ibi sedébat cum discípulis suis.

<sup>4</sup> Erat autem próximum Pascha,  
dies festus Iudæórum.

<sup>5</sup> Cum subleváasset ergo óculos Iesus  
et vidísset quia multitúdo magna venit ad eum,  
dicit ad Philíppum:  
«Unde emémus panes, ut mandúcent hi?».

<sup>6</sup> Hoc autem dicébat tentans eum;  
ipse enim sciébat quid esset factúrus.

<sup>7</sup> Respóndit ei Philíppus:  
«Ducentórum denariórum panes  
non sufficiunt eis,  
ut unusquísque módicum quid accípiat!».

<sup>8</sup> Dicit ei unus ex discípulis eius,  
Andréas frater Simónis Petri:

<sup>9</sup> «Est puer hic,  
qui habet quinque panes hordeáceos et duos pisces;  
sed hæc quid sunt propter tantos?».

<sup>10</sup> Dixit Iesus:  
«Fácite hómines discúmbere».

Erat autem fenum multum in loco.

Discubuérint ergo viri número quasi quinque mília.

<sup>11</sup> Accépit ergo panes Iesus

et, cum grátias egísset,  
distríbuit discumbéntibus,  
simíliter et ex píscibus, quantum volébant.

<sup>12</sup> Ut autem impléti sunt,  
dicit discípulis suis:  
«Collígite, quæ superavérunt, fragménta,  
ne quid péreat».

<sup>13</sup> Collegérunt ergo  
et implevérunt duódecim cóphinos fragmentórum  
ex quinque pánibus hordeáceis,  
quæ superfuérunt his, qui manducavérunt.

<sup>14</sup> Illi ergo hómines,  
cum vidíssent quod fécerat signum, dicébant:  
«Hic est vere prophéta, qui venit in mundum!».

<sup>15</sup> Iesus ergo,  
cum cognovísset quia ventúri essent,  
ut ráperent eum  
et fácerent eum regem,  
secéssit íterum in montem ipse solus.

Verbum Dómini.